Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26216
Copyright: Admont, Benediktinerstift

os loquitur. De quibus infra septem dies peractum est quod
unusquisque eorum spiritum traderet inmundo. et tamdiu
vexati sunt. et ad hoc usque perducti sunt. ut intempesta noctis
unusquisque impetu inmundi spiritus prosiliens. per devia ut
digni erant ab deserto confugerunt. et per montium
cacumina. et ima convallium et per inaccessibilia
loca discurrunt. et ulterius nec miserorum cadavera
ullo loco paruerunt. Quid nam de his sentiendum est nisi
superno equitatis iudicio qui effera mente in tanto dei
sacerdote explere nequiciam cordis non timebant.
alienati sensu pristino. montes. deserta silvasque con
paratione ferarum appeterent. et proprio se iaculo deice
rent. qui in iusto iudicio martyrum iudicarunt. Sed
quod nam de scis viris dicendum est nisi apostolica illa preclara
sententia qua dicitur. An nescitis quia templum dei estis. et
spiritus sanctus habitat in vobis. Unde recte subiungi
tur: ut huius dei templi violatores ab inhabitatore
ad precipicium raperentur. Unde et hac dispersione ap
probatur de suo temporali domino Lantperto. qui nihilominus
dampnationis exilio vitam finivit. quia rectum et iustum
liquido constat. quod tantum lumen temerario ordi
ne nisus esse effugare. eterne dampnationis tenebras pa
teretur in futuro. et in succendente postremo progenie
tanti viri sanguis redundaret: ita ut ex omni inmen
sa infantium procreatione nullus superstes existeret in
tra paucos quasi annos qui regnum paternum suscipe